



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Duo Tractatus**

**Moneta, Giampietro**

**Marburg, 1628**

I. Vnde dicatur Optio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63048)



DE OPTIONE. CAP. I.

men accidentales. Alia enim est, qua consuetudine inducitur, alia qua statuto, num. 33. Item alia beneficiorum spectantium ad Pontificis collationem, alia spect. ad Ordinarii provisionem. num. 34.

35 Optio alia Canoniorum, alia Mansionariorum, alia Equitum.

CAP. I

Quid sit Optio.

QUÆRO PRIMO: Vnde dicatur Optio?

Omnia variis † significationibus hujus nominis, Opto & Optio, de quibus inter ceteros Rebuff. in l. alienationis verbum vers. aut optionē intra certum tempus. ff. de verb. sig. Cujacius & alii in rub. ff. de optio. vel elect. leg. Ant. Nebrissen. in suo vocab. utriusq. iur. verbo Optio. Hieron. Verrut. in Lexic. Iur. ver. optiones. Catell. Cott. in Memor. ver. optio; præcipuæ illæ duæ sunt, ut sumatur † pro desiderare, seu cupere, quod commune est & vulgare, & passim usurpatur, vel pro eligere, † seu electione, ut probatur in l. his consequenter, in princip. ff. fam. hercisc. §. Optionis. Instit. de legat. l. 2. l. mancipiorum, & toto tit. ff. de opt. vel elect. leg. & his duabus significationibus sumtum forte † deducitur hoc nomen à verbo Græco ὄπλω, hoc est, video; qui enim aliquid eligit, videre debet, quod eligit, & an expediat illud, vel alterum eligere; rursus; qui aliquid cupit, vel prius id vidit, vel quam primū videre desiderat. Et quamvis quidam putent, electionem etiam ab optione differre, quod optio † de duobus dicatur, electio vero de pluribus, l. 3 §. item optare. ff. ad exhibend. prout refert Rebuff. loc. cit. & Cujac. aliq. d. rubr. ff. de opt. vel elect. leg. alias differentias statuunt † inter optionem, & electionem; tamen & optio † aliquando in pluribus fit, ut d. l. 2. & l. mancipiorum. ff. de opt. leg. & d. l. his consequenter, ff. fam. hercisc. & l. de eo, §. item si ei, ff. ad exhib. Et optionem promiscue capi † pro electione



auctor est Alciar. *d. l. alienationis, in verbo optionem*, &  
 optime ostendit Rebuf. *in loc. alleg.* Ur igitur ad rem  
 nostram propius accedamus, nostræ hujus Optionis  
 9 nomen, quam jure optimo † Canonicam cum Rebuf.  
 & aliis vocare possumus, ab utraq; illa hujus nominis  
 10 significatione † ducere possumus; hoc enim jus est eli-  
 gendi præbendam vacantem, ut infra suo loco dice-  
 mus, ideoq; ea optatur, seu eligitur, quia desideratur;  
 quod enim prius mente optavimus, re ipsa eligimus,  
*ut inquit Alciar. ubi supra*: quare hujus juris exerci-  
 rium non abs re aliqui *optationem* vocant, ut patet in-  
 ter ceteros ex Gemin. *in c. fin. de consuet. in 6.* qui textus  
 sedes est hujus materiæ. Libenter autem hujus no-  
 minis originem latius fortasse, quam par esset, profe-  
 11 cti sumus, etymologia enim dat † proprium verbis  
 intellectum, *ut colligere est ex c. forus, de verb. sign. l. tu-*  
*guri, l. notionem, l. ut Alphenus, & l. pupillus, §. territo-*  
*rium, cum utrobq; not. per gloss. ff. de verb. sig. & notat*  
*Bart. in repe. l. omnes populi, q. 6. princip. ff. de just. & jur.*  
*Abb. in proem. decret. num. 8. aliq; DD. passim.* Et ar-  
 12 gumentum ab etymologia nominis † optime in jure  
 procedit. *Bart. Bald. Imol. Alber. & alii in rubr. ff. solut.*  
*matr. Abb. Imol. & Canon. in c. cum secundum Aposto-*  
*lum, de præbend. & late optimeq; comprobatur Everrard.*  
*in suis topic. jur. in loc. ab Etymol. num. 3. & seqq.*

QUÆRO SECUNDO: de definitione Optionis.

Respondeo; quod Optio, seu Jus hoc optandi, licet  
 à nemine, quem hucusq; viderim, definitum fuerit; ta-  
 men tam ex *tex. in d. c. fin. de consuetud. in 6.* quam ex  
 iis, quæ tum ibi, tum alibi tradunt DD. congrue sic de-  
 13 finiri posse videretur, quod sit † jus quoddam, Capitulo  
 seu collegiali alicui ecclesie ex consuetudine, vel etiam  
 statuto competens, ut antiquiores gradatim vacantem  
 præbendam, qua tamen reservata non sit, propria dimis-  
 sa intra certum tempus eligere possint.

Quæ definitio, quoniam non congrua modo, sed  
 etiam, ai fallor, perfecta est, sola indiget declaratione.

14 Dixi ergo, esse jus quoddam, hoc est, † legitima po-  
 testas,